

**www.e-rara.ch**

**Sodalis Mariani Et Hominis Christiani Breviarium**

**Wyssing, Heinrich Renward**

**Lucernae, Anno, 1729**

**Zentral- & Hochschulbibliothek Luzern**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-145446>

Die jovis.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Tuo Patrocinio.

9. Per Mariæ tuæ matris  
Preces & Josephi Patris,  
Jesu tuos adjuva,  
Ut possimuste videre,  
Et æternum possidere,  
In cœlesti Patria, Amen.

Ÿ. Valde honorandus & amandus est  
beatus Joseph.

R. Inter cujus brachia Dominus recu-  
buit.

O R E M U S.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui bea-  
tum Josephum, justum Filium David,  
beatæ Virgini Mariæ sponsum providisti  
& Filio tuo JESU Christo Nutritium ele-  
gisti; da quæsumus, ut ejus precibus &  
meritis, tranquilla pace lætemur, & ad  
perpetuæ visionis tuæ consolationem  
perducamur. Per eundem Christum Do-  
minum nostrum, Amen.

D I E J O V I S.

O F F I C I U M  
De venerabili  
S A C R A M E N T O.

Ad Matutinum

PANEM Angelorum manducavit homo  
& paratur ei mensa Domini. Ÿ. Dom-

V. Domine labia mea aperies.

R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Vers. Deus in adjutorium, &c.

Resp. Domine ad adjuvandum, &c.  
Gloria Patri, &c. Alleluja.

A Septuagesima usque ad Pascha dicitur :  
Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ;

Hymnus.

P Ange lingua gloriosi  
Corporis mysterium,  
Sanguinisque pretiosi,  
Quem in mundi pretium  
Fructus ventris generosi,  
Rex effudit Gentium.

Antiph. O quàm suavis est, Domine  
Spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in  
filios demonstrares, pane suavissimo de  
cælo præstito esurientes repleas bonis, fa-  
stidiosos dimitte inanes.

Vers. Panem de cælo præstitisti eis Do-  
mine.

R. Omne delectamentum in se haben-  
tem.

Oremus.

D Eus, qui nobis sub Sacramento mira-  
bili: passionis tuæ memoriam reli-  
quisti: tribue, quæsumus, ita nos Corpo-  
ris & Sanguinis tui sacra mysteria venera-  
ri, ut

ri, ut redemptionis tuæ fructum in nobis  
jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas cum  
Deo Patre in unitate Spiritûs sancti Deus  
per omnia, &c.

*Ad Primam.*

Panem Angelorum, &c.

*Vers.* Deus in adjutorium, &c.

*Resp.* Domine ad adjuvandum, &c.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

H Y M N U S.

**N**obis datus, nobis natus

Ex intacta Virgine,

Et in mundo conversatus

Sparso verbi semine,

Sui moras incolatus

Miro clausit ordine,

*Antiph.* O quàm suaviss, &c.

*Vers.* Panem de celo, &c.

O R A T I O.

Deus, qui nobis sub Sacram, &c.

*Ad Tertiam.*

Panem Angelorum, &c.

*Vers.* Deus in adjutorium, &c.

*Resp.* Domine ad adjuvandum, &c.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

H Y M N U S.

**I**n supremæ nocte cœnæ

Recumbens cum fratribus,

Observatâ lege plenè,

Cibus in legalibus.

Cibum turbæ duodenæ ,

Se dat suis manibus.

*Antiph.* O quàm suavis, &c.

*Vers.* Panem de cœlo, &c.

O R A T I O.

Deus, qui nobis sub Sacram. &c.

*Ad Sextam.*

Panem Angelorum, &c.

*Vers.* Deus in adiutorium, &c.

*Resp.* Domine ad adjuvandum, &c.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

H Y M N U S.

Verbum caro panem verum,

Verbo carnem efficit

Fitque Sanguis Christi merum,

Et si sensus deficit:

Ad firmandum cor sincerum

Sola fides sufficit.

*Antiph.* O quàm suavis, &c.

*Vers.* Panem de cœlo, &c.

O R A T I O.

Deus, qui nobis sub, &c.

*Ad Nonam.*

Panem Angelorum, &c.

*Vers.* Deus in adiutorium, &c.

*Resp.* Domine ad adjuvandum, &c.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

**P**ANIS Angelicus,  
 Fit Panis hominum;  
 Dat panis ecclieus,  
 Figuris terminum,  
 O res mirabilis!  
 Manducat Dominum  
 Pauper, servus & humilis,  
*Antiph.* O quàm suavis, &c.  
 ✠. Panem Angelorum, &c.

## O R A T I O.

Deus, qui nobis sub, &c.

*Ad Vesperas.*

Panem Angelorum, &c.  
 ✠. Deus in adiutorium, &c.  
 R. Domine ad adjuvandum me festina  
 Gloria Patri, &c. Alleluja.

*Hymnus.*

**T**antum ergo Sacramentum,  
 Veneremur cernui:

Et antiquum documentum  
 Novo cedat ritui:

Præstet fides supplementum  
 Sensuum defectui.

*Antiph.* O sacrum convivium, in quo  
 Christus sumitur: recolitur memoria pas-  
 sionis eius: mens impletur gratiâ: & fu-  
 turæ gloriæ nobis pignus datur.

✠. Panem de celo, &c.

ORA

## O R A T I O.

Deus, qui nobis sub Sacramento, &c.

*Ad Completorium.*

PANEM Angelorum manducavit homo,  
& paratur ei mensa Domini,

℣. Converte nos Deus salutaris noster.

℞. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adjutorium, &c.

℞. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluja

## H Y M N U S.

Genitori, Genitòque

Laus & jubilatio :

Salus, honor, virtus quoque

Sit & benedictio :

Procedenti ab utroque

Compar sit laudatio.

*Antiph.* O quàm suavis, &c.

℣. Panem de cœlo, &c.

*Oremus,*

Deus, qui nobis sub, &c.

*Commendatio.*

HAS horas Canonicas cum devotione,

Dixi in memoriam tui Jesu bone,

Corporis sanctissimi, piâ ratione,

Facut illo perfruar cœli regione,

Amen.

## LITANIÆ.

*De Venerabili Sacramento,***K**Yrie eleyson.

Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Miserere  
nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Panis vivus qui de cœlo descendisti,

Deus absconditus &amp; Salvator,

Frumentum electorum,

Vinum germinans Virgines,

Panis pinguis, &amp; deliciae Regum,

Juge Sacrificium,

Oblatio munda,

Agnus absque macula,

Mensa purissima,

Angelorum esca,

Manna absconditum,

Memoria mirabilium Dei,

Panis super substantialis,

Verbum caro factum,

Habituans in nobis,

Hostia sancta,

Calix benedictionis,

Mysterium fidei,

Præcellum &amp; venerabile Sacramen-

tum,

Sacri-

*Miserere nobis.*

Sacrificium omnium sanctissimum,  
Vere propitiatorium pro vivis & de-  
functis,

Coeleste antidotum, quò à peccatis  
præservamur,

Stupendum supra omnia miraculū,  
Sacratissima Dominicæ Passionis  
commemoratio,

Donum transcendens omnem pleni-  
tudinem.

Memoriale præcipuū divini amoris,  
Divinæ affluentia largitatis,  
Sacrosanctum & augustissimum my-  
sterium,

Pharmacium immortalitatis,  
Tremendum ac vivificum Sacra-  
mentum,

Panis omnipotentia Verbi caro fa-  
ctus.

Incrumentum Sacrificium.

Cibus & convivium,

Dulcissimum convivium, cui assi-  
stunt Angeli ministrantes,

Sacramentum pietatis,

Vinculum Charitatis,

Offerens & oblatio,

Spiritualis dulcedo, in proprio fonte  
degustata.

Refectio animarum sanctarum,

Viaticum in Domino morientium, Misere-  
rere nobis.

Pignus futuræ gloriæ, Misere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab indigna Corporis & Sanguinis  
tui susceptione,

A concupiscentia carnis,

A concupiscentia oculorum,

A superbia vitæ,

Ab omni peccandi occasione,

Per desiderium illud, quo hoc Pas-  
cha cum discipulis manducare de-  
siderasti,

Per summam humilitatem, quâ dis-  
cipulorum pedes lavasti,

Per ardentissimam charitatem, quâ  
hoc divinum Sacramentum in-  
stituisti,

Per sanguinem tuum pretiosum  
quem nobis in Altare reliquisti,

Per quinque vulnera hujus tui Cor-  
poris sacratissimi, quæ pro nobis  
suscepisti,

Peccatores, Te rogamus, audi nos.

Ut nobis fidem, reverentiam, & devotio-  
nem hujus admirabilis Sacramenti au-  
gere & conservare digneris, Te rogamus.

Ut ad frequentem usum Eucharistiæ per  
vera

veram peccatorum Confessionem nos  
 perducere digneris, Te rogamus, audi.  
 Ut nos ab omni hæresi, perfidiâ, ac cordis  
 cæcitate liberare digneris, Te rogam.  
 Ut sanctissimi hujus Sacramenti pretio-  
 sos & cœlestes fructus nobis impetiri  
 digneris, Te rogamus, audi nos.  
 Ut in hora mortis nostræ hoc cœlesti Via-  
 tico nos confortare & munire digneris,  
 Te rogamus audi nos.

Fili Dei, Te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Par-  
 ce nobis Domine,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Ex-  
 audi nos Domine,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Mi-  
 serere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster, &c.

¶. Et ne nos inducas, &c.


R. Sed libera nos à malo.

¶. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

O R E M U S.

Deus, qui nobis sub Sacramento mira-  
 bili, &c. *ut supra.*



## S E Q U E N T I A

## S. THOMÆ AQUINATIS

*De Venerabili Sacramento.*

**L**auda Sion Salvatorem.

Lauda Ducem & Pastorem,  
In Hymnis & Canticis.

Quantum potes, tantum aude:  
Quia major omni laude,  
Nec laudare sufficis,

Laudis thema specialis,  
Panis vivus, & vitalis.

Hodie proponitur.

Quem in sacra mensa coenæ,  
Turbae fratrum duodenæ,  
Datum non ambigitur

Sit laus plena, sit sonora,  
Sit jucunda, sit decora,  
Mentis jubilatio.

Dies enim solemnis agitur,  
In quâ mensæ prima recolitur,  
Hujus institutio,

in hac mensa novi Regis,  
Novum Pascha, novæ legis,

Phase vetus terminat.

Vetustatem novitas,

Umbram fugat veritas;

Noctem lux eliminat.

Quod in cœna Christus gessit,

Faciendum hoc expressit.

In sui memoriam.

Docti sacris institutis,

Panem, vinum, in salutis

Consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis,

Quòd in carnem transit panis.

Et vinum in sanguinem.

Quòd non capis, quod non vides,

Animosa firmat fides,

Præter rerum ordinem.

Sub diversis speciebus,

Signis tantùm, & non rebus,

Latent res eximiæ.

Caro cibus, Sanguis potus:

Manet tamen Christus totus

Sub utraque specie.

A fumente non concisus,

Non confractus, non divisus,

Integer accipitur.

Sumit unus, sumunt mille:

Quantum isti, tantum ille:

Nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali:

Sorte tamen inæquali,  
Vitæ vel interitûs.

Mors est malis, vita bonis :  
Vide paris sumptionis,  
Quàm sit dispar exitus

Fracto demùm Sacramento  
Ne vacilles, sed memento :  
Tantum esse sub fragmento,  
Quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura :  
Signi tantùm fit fractura,  
Qua nec status, nec statura,  
Signati minuitur.


Ecce Panis Angelorum,  
Factus cibus viatorum :  
Verè panis filiorum,  
Non mittendus canibus.

In figuris præsignatur :  
Cùm Isaac immolatur :  
Agnus paschæ deputatur ;  
Datur Manna patribus.

Bone Pastor, Panis vere,  
Jesu nostri miserere :  
Tu nos pasce, nos tuere,  
Tu nos bona fac videre  
In terra viventium.

Tu, qui cuncta scis, & vales,  
Qui nos pascis hîc mortales,  
Tuos ibi commensales,

Cohæredes & Sodales,  
Fac Sanctorum civium, Amen. Alleluja.



DIE VENERIS.

OFFICIUM  
DE SANCTA CRUCE.

*Ad Matutinum*

Ÿ. Per signum Crucis de inimicis no-  
st ris,

R. Libera nos Deus noster.

Ÿ. Domine labia mea aperies.

R. Et os meum annuntiabit laudem  
tuam.

Ÿ. Deus in adjutorium, &c.

R. Domine ad adjuvandum, &c.

Gloria Patri, &c.

*Non dicitur Alleluja, neque Laus tibi  
Domine, &c.*

H Y M N U S.

PATris sapientia, Veritas divina.

Deus homo captus est horâ matutinâ.

A notis discipulis citò derelictus :

A Judæis traditus, venditus, & afflictus.